Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

184



propter infirmitatem carnis uestrae · nisi quia plus aliquid dicendum
fuit · si iam illi ferre potuissent · Plus quippe seruitutis · debetur
iustitiae · quam peccato solent homines exhibere · Nam poena corpo
ris · et si non a uoluntate · tamen reuocat ab opere peccati · Ne facile
quisque est qui palam committat · Quod in licitam et inmundam percipiat
uoluptatem · si cruciatus uindictae cestum est continuo secuturus ·
Iustitia uero sic amanda est · ut ab eius operibus et iam poenae corporis
nos cohibere non debeant · Atque inter manus et iam crudelium
inimicorum luceant opera nostra coram hominibus · ut quibus place
re possunt glorificent patrem nostrum qui in caelis est · Hinc est
quod ille fortissimus iustitiae dilector exclamat · Quis nos
separabit a caritate xpi · Tribulatio · an angustia · an persecutio ·
an fames · an nuditas · an periculum · an gladius · Sicut scrip
tum est · Quoniam propter te mortificamur tota die · deputati sumus
ut oues occisionis · Sed in his omnibus superuincimus · per eum qui dilexit
nos · Cestus sum enim · quia neque mors · neque uita · neque ange
lus · neque principatus · neque praesentia · neque futura · neque
uirtus · neque altitudo · neque profundum · neque creatura alia
poterit nos separare a caritate dei · quae est in xpo ihu domino
nostro · Uide quemammodum non utcumque ait · Quis nos sepa
rauit a xpo · sed ostendens unde cohaereamus xpo · Quis nos
inquid separabit a caritate xpi · Caritate igitur xpo · non
poena et imore cohaereamus · Deinde commemoratis eis quae ui
dentur habere uolentiam · Ne etiam habent ualentiam separandi ·
Ita conclusit · ut eandem diceret caritatem dei · quam dixerat xpi ·
Et quid est a caritate xpi · nisi a caritate iustitiae · De illo quippe
dictum est · qui factus est nobis sapientia a deo · et iustitia · et sci
ficatio · et redemptio · Utque mammodum scriptum est · qui glo
riatur in domino gloriatur · Sicut ergo ille est iniquissimus quem
nec poenae corporales deterrent ab inmundis operibus sordidae